

## Præfationes.

Antonius  
Contius.  
Triplices  
calis 70.  
tribuitur.

Marianus  
Scotus.

Otto Phri-  
sing.

Martyro-  
log. Roma-  
num.

*qui Hebraicam veritatem sentiat non magis inter se conseruentur.*

Contius, in Chronicis Canonibus triplicem numerum Septuaginta interpretibus tribuit. Primum ipsis Septuaginta interp. 4175. deinde iisdem iuxta Origenem emendatis, quem sequi Eusebium docet, 4045. postrem etiam ex Iosepho iisdem 4183. quæ omnes sententia, cùm in definiendo annorum numero plurimum differant, haud video quā ame possint inter se conciliari. Ad hæc Marianus Scotus ad eundem Græcorum interp. calculum tempora expendens, summam confecit annorum 4256. in suo Chronico. Otto etiam Phrisengensis pariter in Chronico, si tamen Mariano creditus tertiam ætatem 942. annis iuxta eosdem Septuag. circumscribi, 4276. annos ab Orbe condito ab Heli Principatum iisdem authoribus enumerat. Nauclerus 4048. Denique Martyrologium Romanum, cùm statuat diem natalem Domini anno ab orbe condito 5199. ab vñctione autem Dauid in Regem (quod interpretor à morte Saülis) 1032. manifestum est Ecclesiæum testimonio, Heli Principatum incorpissè anno ante Christum natum 1112. ab orbe autem condito 4087. Parum igitur, vt vides, qui Septuaginta sequuntur, inter se consenserunt. Sed quid, qui Hebraicam veritatem profitentur, non simili dissensionis morbo laborant? citius dixerim, impendio nunc magis illi inter se dicrepant. Paucos tantum ex recentioribus commemorabo, qui te hoc doceant: non quò illi prificis Patribus arte numerandi superiores exterirint, sed quia vel minus eruditæ, si quid in numeris priorum aciem effugisset, facile reprehendere potuerunt. In primis igitur Ioann. Lucidus, veritatis Hebraicæ vindicemus, Heli principatus initium ad annum mundi 2810. annotat, ante Christum natum annis 1159. Ad eundem calculum accedit Marianus Scotus, de Hebrais loquens extremis lineis tertia ætatis. Lambertus idem Scafarnabergensis de rebus Germanorū, & Sextus Senensis libro 1. bibliotheca sancta. S. vero Antonius summa historicalis parte 1. cap. 6. & Gerardus Mercator in Chronologia uno anno discenti. At Hermannus Contractus in Chronico 2858. adscriptus: quæ numerum antē alios probavit Card. Bellarminus, eodem usus in breuiore sua Chronologia. Marianus autem Scotus eundem illum Emegar, quem S. Seurus, & Iulius Hilarius agnoscunt, medio tempore inter Sampson & Heli Reipub. proficiens, Heli Principatum tribuit anno mundi 3038. à Cœractus. quo nec longe abest Genebrardi calculus, qui Robertus Bellarmenus. Seder Olam Zuta, seu breue Chronicum Hebraicorum, Genebrardo interprete, 2795. Torniellus, quinon ita pridem sacros annales edidit ab orbe condito, 2900. Contius in Chronicis Canonibus 2809. iuxta Hebraos, vt credi vult. Omitto cæteros, & labori parcens, & tædio: neque enim eiusmodi Arithmetica concertatio eximiam aliquam animo voluptatem, aut utilitatem parit. Addam tamen præterea, ne quid eiusmodi rerum ignoreres, Marianum Scotum tertiam quandam numerandi rationem ex S. Luca deduxisse diuer- Contius. sam à cæteris: sic vt iam non tantum, bipartito

A discriminé, vel iuxta Hebraos, vel secundum *Inseritur* Septuaginta annorum numerus exquiratur, sed *iterū Cainā* etiam secundum Lucam: qui cùm ipse quoque *Chronologis* à reliquis temerè dissensisse videretur nequeat, à *Hebreorum* suam utique in notandis temporibus autorita- *Scoto ex D.* tem obtineat necesse est. Hanc verò Scotus sic *Luce cap. 3.* tractat, vt Hebraeorum quidem numerandi ra- *unde noua confuso* tionem in reliquis illibatae feruet, ad secun- dam autem ætatem, propter eum quā medius inter Arphaxad & Sale in Christi genealogia inseritur, nimis Cainam, ducentos 22. amos ad reliquum numerum adiungat. quo fit, vt qui prius iuxta Hebraos, à primo parente ad David regem annos 2890. elapsos esse fatetur, postea ex additione Luca 3120. decernat. Qua in enumeratione, nec sibi ipse constat, si quis rem B attentius consideret, nec fas esse puto, nisi maiores tenebras quærimus, numerum quendam medium ex vñtroque mixtim Hebraeorum scilicet & Septuag. conflare: sed si cui Septuaginta placent, eos cum D. Luca confanter sequatur; fin secus Hebrei magis probantur, dic cum Hermanno Schedel, & Ioan. Nauclero in suis historiis, & Ioan. Lucido libro 1. annorum & temporum cap. 6. eundem esse Sale qui & Cainam, vt non sit opus cum Mariano Scoto eiudem tempora à Græcis interpretibus edoceri. Quod cùm feceris, & visum erit eorum, qua affterri possunt, probabilius, adhuc tamen harerbit is scrupulus, num tibi licenter quos Lucas separauerat, in vñm coniungere. Itaque nihil certi & explorati satis ex his omnibus elicere possumus. Sufficient igitur quæ hac tenus à nobis conjecta sunt de numero anni, quo Heli Reipub. clavum regendum suscepit. In quo, quandoquidem authores consentes non habemus, locus postulare videtur, vt causas inquiramus tandem opinionum discrepantias in temporibus definiendis; quæ multæ quidem occurrent animo, sed earum partem iam aliquæ antea explicuimus.

Videntur verò præterea & libri vitiosi non parum studentibus negotio faccere. illos vero *alia. præ-  
rea rationes ob quas apud nos Chrono-  
logia turbata in sit.*

facile est deprauari, præsertim quando notis si- gnatibus interualla temporum. Quanquam & voces literis suis integrè perscriptæ vitiani non nunquam solent: deinde ex deprauatis codicibus magis etiam inemenda transcribi, errore se magis magisque diffundente. De quo S. Hieronymus in Comment. Epistola Pauli ad Titum queritur. Et S. Augustinus de ciuit. Deilib. 15. cap. 13. tametsi non afferat, suspicatur tamen tale aliquid Septuaginta interpretibus accidisse. Quid si ad eam librariorum oscitantiam accedat quoque Iudaorum audacia, hareticorumque temeritas? satis utraque nota & in peruerendis Scripturis, si quid verè fidei fauere conspexerint, nec posse suorum cauillationibus eludi. Vetus hæc querela est, & per singulas ætates continuò repetita. Tertia quoque ratio esse potest, quod Syncedoche, quæ partem pro totō, & rufum totum pro parte ponit, in omni genere scriptorum perfamiliaris est. Itaque in scripturis sanctis alicubi reperiuntur numeri discrepantes, neque præcisè, vt loquuntur, & ad viuum omnia rescantur. Quomodo Iepheth Iudic. 11. cap. cum Rege Ammonitarum disceptans de

*Ioan. Lucidus in tabul. annali bus tempore. Marianus Scotus. Lambertus Schafnburg. Sixtus Senensis. S. Antonius Gerardus Mercator. Hermanus Cœractus. Robertus Bellarmenus. Marianus Scotus. Emegar additus ad calculum Hebreos. Torniellus. Contius. Marianum Scotum tertiam quandam numerandi rationem ex S. Luca deduxisse diuer-*

*Zuta. Torniellus. Contius.*